Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de decem praeceptis - Cod. Aug. pap. 51

Henricus <de Frimaria>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Decimum praeceptum

urn:nbn:de:bsz:31-87058

Visual Library

cis priso Cui quidem currus auaricie
Bern. sup Cant. sermone xxxix. Ve
lut quatuor rotis viciorum que sunt
pusillanimitas inhumanitas contemptus
dei et mortis obliuio Iumenta vero
ipsum trahencia sunt tenacitas et rapa
citas et hiis ambobus unus auriga
preside(t) scilicet ardor habendi Sola
quidem auaricia que non patitur conducere
plures uno auriga contenta est Si
autem queritur qualiter et quomodo quisque se
habere debeat ad res possessas hoc pul
chre docet Seneca in suis proverbiis ita dicens
pecunie oportet imperare non servire
pecunia si ea uti scias ancilla est si
nescias domina est Et ideo necesse ut aut
te ipsum aut pecuniam vilem habeas
Et ideo dicit Bern. sup Cant. ser. xx
Si vere tua sunt que possides expende
adhuc et preveniens celestia commuta
si hoc non vales scias te pecunie non
esse dominum sed servum Quo contra debo
nis et virtuosis possessoribus dicit
Gregorius in libro moralium Sanctis viris est ipsa
rerum affluencia onerosa est quia
hoc grauiter tollerant quod festinando
ad patriam in itinere multa portant
Et ideo aut largiendo distribuunt
aut deserendo contempnunt Sciendum
quod predicta triplex expositio potest colligi ex
decretis di. xlvij. Sonorum Ubi dicitur
sic Sonorum auctori inherere non
possumus nisi cupiditatem que omnium
malorum est radix abscidamus Et
hoc quantum ad primam expositionem proxima
vero subdit virum katholicum et
precipue sacerdotem sicut nullo debet

implicari errore sic nulla debet
cupiditate violari divina scriptura
post concupiscencias tuas non eas Arcens
enim pecunie auida nec abstinen
tem avaricie nec gaudere con
cessis nec parcari adhibere con
sensum Quis tamen adversarius vero
subdit sed forte cupidus subdit
Quid iniusti facio si tamen aliena non
invado propria diligencius teneo Sed
o impudens dic quomodo hunc ingres
sus es lucem quando de ventre matris
exiuisti quibus queso facultatibus
ingressus es Nonne nudus
intrasti et nudus exibis Tam
rerum ergo te scias in unde bona
quereris posse preterire quod valeas
Unde transgressores huius precepti
signanter puniuntur plaga musca
rum quia musce morientes perdunt
suauitatem unguenti Et sollicitudo
possidendi temporalia non solum im
pedit deuocionem spiritualem sed quasi
in corde hominis suffocat ver
bum dei Omnis enim oratio et omnis
deuocio et omnis consolacio contem
placionis funditus moritur ubi
cumque huiusmodi cupiditas dominatur
Ex premissis igitur patet qualiter
de isto precepto sit homini obtinendum

Decimum preceptum in textu

Decimum preceptum est Non con
cupisces uxorem proximi tui
Ubi prohibetur omnis concupiscencia
carnis sicut in precepto nono
prohibetur concupiscencia oculorum Ideo
autem dantur duo precepta de prohi

bendū hanc duplicē concupiscen
co q ad eas natura corrupta in
clinat' mixtis Nam ad cōcupiam
oculorū inclinat' ꝓpter sui con
seruacionē in esse indiuidui sed
ad ꝯcupiam carnis ꝓpter sui cō
seruacionē in esse spēi prohibe
t' nichilominus hec duplex ꝯcu
piā ꝓpter duo dampna que
facit inimica p̄mū est q anīam
inficit et maculat Quia vō est
Quia concupiā carnis est sicut
aqua fluens cōcupiā vero ocu
lorū est sicut terra ꝓpter ari
ditatē terrene affecōnis Vnde
sicut ex terra et aqua fit lutū
materiale ita ex hac duplici
concupiā fit lutū spūale quo
anima sordidat' et ꝑsequens
fetida et displicibilis reddit' in
conspectu dei admodū luti vilissi
mi Scdm est q admodū ignis
inextinguibilis animā inflā
mat de quo scribr Job xxxi. Ignis
est vsque ad cōsumacionē deuorās
Et nō solū animā inflāmat sed
et inflāmando incinerat & tūc
supuenit soror eorū tercia s.
supbia vite que admodū venti
in animam exsufflat et redactā
incinerē admodū pulueris
vsquequaque deportat Et ideo de
impio dr inps. A est tamquam
puluis quē pꝛoicit ventus a facie
terre Tercium est q vtraque ad
modū sitis insaciabilis anim

sp cruciat vn iste ꝯcupie sūt due
filie sanguisuge clamantes affer affer
vt scribr pu' xxx. Nam ꝯcupiā ocu
lorū dicit affer diuicias Cōcupiā
carnis affer delicias Et vtriusque
apetitū est insaciabilis appetitus
homo enim mundanus diuiciarū et
deliciarū sitibundus ē qui sacous
ptusus et ideo nō est mirū si non
posset impleri nec e saciari Hoc
autē peceptū hīt triplicē expōnē
p̄ma est nō concupisces vxorē
pximi tui idest nunquam habeas vo
luntatē violandi thorū pximi
tui vbi diligenter considerandum
q si deus solam voluntatē huius
peccati phibet quāto ergo vigore sue
iusticie voluntatē sed implentes
puniet Et illos potissime qui pul
chras castas et pbas vxores ha
bentes animas suas diuina yma
gine insignitas sordidis concupi
scenciis aliarū maculant feminarū
Quod tamen xpc phibet Mt v. Qui
viderit mulierē ad concupiscendū
eā i. vt ꝯcupiā trahat seu tran
seat in affectum cordis et consensū
rōnis vt e si facultas assit fa
cere disponat iam mechatus
est eam in corde suo Quia in deo
mīa voluntas pfacto reputat'
Sed contra hoc est q scribitur
di lxxxvi. Non satis est velle
sed e bn̄ficere oportet Nec verū

satis est benefacere nisi procedat ex bono fonte i. ex bona voluntate glo. dr de pñscacõe d. i. c. i. Cogitacionis i. voluntatis nemo penam paciatur. Ad tollendum enim dictorum canonum contrarietatem distinguendum est quia aut voluntas habet facultatem operandi et sic voluntas non reputatur pro facto in quo casu loquuntur canones in contrarium obiecti aut non habet et sic iterum distinguitur aut enim voluntas est mala et sic reputatur semper pro facto et semper est peccatum mortale in voluntate mala sicut et in opere quamvis non tamen peccatum sit in voluntate sola sicut in voluntate et operacione simul. Et illud est verum quantum ad iudicium divinum quod intuetur cor. Sed quantum ad iudicium civile si voluntas mala suis terminis sit contenta non punitur ut dicit ultimum decretum. Sed si voluntas procedit ad actum vel saltem ad conatum sic in criminibus maximis punitur solus conatus licet machinacio non habuerit effectum. Unde lex non minus illum punit qui cum occidendi hominis inventus fuerit cum telo quam eum qui occiderit de pe. d. i. c. i. In minoribus tamen criminibus non punitur solus conatus quod non sit fur licet sim conatus furari. ff. de furtis. Qui furti. Aut voluntas est bona et tunc aut illa que vult cadunt sub precepto aut sub consilio. Si primo modo sic voluntas non reputatur pro facto ut patet in ieiuniis et aliis ab ecclesia indictis et hoc potissime quia voluntas habet facultatem progrediendi in opus. Si autem cadit sub consilio sic distinguitur quod aut illa respiciunt premium aureae sic iterum voluntas reputatur pro facto ut patet de sancto martino de quo canit ecclesia O sanctissima anima quam etsi gladius persecutoris non abstulit tamen palmam martirii non amisit. Aut respiciunt premium aureole et sic voluntas non reputatur pro facto quia non sufficit pro premio aureole sola voluntas continendi in actus continencie in opere tenetur. Sed secundum expositionem Non concupisces uxorem proximi tui i. non formabis tibi ymaginem de uxore proximi tui cogitando s. quam pulchra quam amabilis quam graciosa. Contra quod preceptum pro dolor multi faciunt tamen mulieres quam viri licet nolunt concupiscere nec etiam velint ab aliis concupisci tamen volunt agere [illegible] in reliquiis nocivarum et turpium cogitacionum quod tamen nimis est periculosum quia facillime ex hoc peccatum mortale incurrunt. Quod probat Iacobus in sua canonica cum dicit Concupiscencia autem i. interior animi delectacio cum conceperit subaudi consensum racionis parit peccatum s. mortale vel saltem veniale peccatum autem cum consummatum

fuerit per deliberacionem r. consensu voluntatis
in ipsam delectacionem interiorem aut
eciam in opus exterius generant mor-
tem i. peccatum mortale peccatum Et
ut evidencius patescat quando inte-
rior cogitacio et cogitacionis de-
lectacio sit peccatum mortale et quando
non sciendum est secundum G. 6. S. quod humana
temptacio perficitur ex tribus suggestione vi-
delicet delectacione et consensu Si enim
suggestio inducit passionem que est
subitus motus animi cogitantis seu
delectantis in re cogitata sic est
veniale peccatum secundum glossam ibidem Si
autem suggestio inducit passionem
que secundum glossam ibidem est quedam informacio
vel deliberacio tunc aut non sentitur
delectacio in tali cogitacione et sic vel
non est peccatum vel solum est veniale
aut sentitur delectacio in cogitando
et hoc contingit dupliciter quia tunc aut
deliberacio voluntatis non consentit
in delectacionem et sic adhuc est
veniale aut consentit et sic est
peccatum mortale sive consenciat
in delectacionem interioris actus
sive consenciat in ipsum opus Cuius
racio est quia non solum consensus verus
puta cum quis consentit in opus est
peccatum mortale sed eciam interpretativus
ut cum quis consentit in solam delec-
tacionem interiorem non autem in opus
et hoc libet verum si delectacio cadit
super obiectum includens in se defor-
mitatem adversam voluntatem Si autem
quis non delectatur in delectacione
turpi puta si cui placeat cogi-
tare de specie pulchre mulieris

absque alia deformitate concurrente
sic consensus in talem delectacionem non
erit peccatum mortale sed potius veniale
Tercia expositio est Non concupisces
i. non concupisces desideres uxorem
vel ancillam proximi tui Ut licet
concupiscas tenere passive vel re-
lative Et sic primo ostendendum
est quod istud preceptum transgrediuntur
tria genera hominum Secundo declarabitur
que sint illa que potissime hominem
retrahere debeant a delectacione car-
nalis concupiscencie Tercio ostendetur que sint
illa que specialiter hominem in mentis pu-
ritate conservent Propter primum est
sciendum quod primi qui istud preceptum trans-
grediuntur sunt persone religiose licet
sint ficte quia postquam deo se voto continencie
omni astrinxerunt adhuc delectantur
in spurcicie carnalium delectacionum
et sunt sicut filii Israel qui egredientes
ab egipto manna celesti fastidiabant
et cibaria vilia egipti appetebant
Sic et isti mundo renunciantes tam-
quam ab egipto recedentes et per votum
continencie paupertatis voluntarie
ac vere obediencie terre promissionis
appropinquantes adhuc in deserto po-
siti hoc est in statu religionis con-
stituti in quo omnia delectabilia
carnis et mundi per voluntarium
contemptum ipsis debent esse deserta
Cibaria vilia egipti et cibum celestem
i. suavitatem interne devocionis
fastidiunt quamvis in se retineat
omne delectamentum et omnis sapo-
ris suavitatem ut scribitur sapiencie xvi
Secundi sunt virgines et femine seculares

que statim cum viros aspiciunt pravis co-
gitacionibus agitantur. A quo cum dehortatur
propheta cum dicit Beatus qui tenebit .i. qui
restringit motum et imperium illicite co-
gitacionis et allidet parvulos suos
.i. primos motus carnalium delectacionum
ad petram .i. ad christum se exemplis christi
confortando qui numquam pertulit aliquem
motum illicitum sensualitatis. Tercii
sunt qui licet nolint concupiscere volunt
tamen concupisci. Et ita multe sunt tam mu-
lieres quam virgines que adhuc se la-
vant et ornant ut amabiliores sint
que non solum in plateis et choreis immo
etiam in ecclesia coram virorum oculis stant
dum eis nunc colore albo nunc rubeo
nunc familiari colloquio nunc manuum
iniectione nunc vultus composicione nunc
oculorum lasciva intuicione loquuntur
et occasionem ruine prestant. Sciendum
tamen quod talis ornatus decens et solitus
bonis mulieribus interdici non debet
dummodo fiat decenti modo et recta
intencione quod quelibet mulier legiti-
ma bene potest se licite ornare ad compla-
cenciam viri sui non autem alienus
aspectus. Cuius racio est. Quia sicut quilibet
christianus toto nisu conari debet ut
in omnibus suis actibus capiat divinam
complacenciam. Ita mulier legitima
in omnibus suis actibus conari debet
captare benivolenciam viri sui ut
ex hoc amor mutuus vigoretur
et fides thori integra servetur. Ex
quo patet quod talis ornatus multo
periculosius frequentatur in virginibus
innuptis quam in mulieribus. Cuius

causam assignat Augustinus. Dicens quod mulier
nupta conatur placere viro soli cui
est de iure complacere tenetur. Virgo
autem innupta nititur passim omnibus
complacere. Et ideo plurimorum
virorum animos potest suo cultu
et complacencia sauciare. A quo tamen
retrahit apostolus ij Chorin vi Ne-
mini dantes ullam offensionem.
Propter secundum est sciendum quod homo
merito debet retrahi a delectacione
carnali propter multa dampna supra
expressa in sexto precepto. Sed preter
illa possunt hic induci tria alia
dampna cuilibet homini merito
perhorrenda. Primum est quod carnalis de-
lectacio privat hominem omnium bonorum
consorcio et participacione. Secundum est quod
privat hominem cibo divino et angelica
refectione. Tercium est quod excludit ho-
minem a beatifica fruicione que secundum
Augustinum tante est suavitatis pulchritu-
dinis et delectacionis ut si in ea so-
lum per momentum morari liceret meri-
to pro eo mille anni prosperis vite ple-
ni deliciis contempnerentur. Ex quo
patet quantum dispendium sibi ipsis fa-
ciunt qui se pro feda et momentanea
delectacione eterna dei contemplacione
privant. Et ista tria dampna pulcre
sunt figurata in nabuchodonosor
qui propter suum peccatum a consorcio
hominum eiectus fuit. In quo innuitur
privacio participacionis omnium bonorum
que fiunt in ecclesia militante. Fe-
num ut bos comedit. Ecce privacio
cibi angelici et divini et refeccio
bestialis et pecorini. Tercio exclusus
fuit a regno septem annis in quo

Fürstl. Bibl. Leiningen

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

innuitur propterea puricio divine
visionis et consorcii beatorum propter
tercium est sciendum quod tria sunt que perfec-
tissime mentis puritatem conservant
primum est fortis sensuum exteriorum
et interiorum restrictio Cum ipsi
sensus exteriores sunt quidam custo-
des et ianitores interioris puri-
tatis mentis Et ideo sicut ille
proditor diceretur qui portas castri
aperiret hostibus ut ingredientes
ipsum castrum caperent et libere pos-
siderent Ita sensuum motuum eva-
gacio est quedam spiritualis prodi-
cio quia per hoc liber aditus fraudulentissimis
[illegible] aperitur per que castrum dei capitur
hoc est puritas mentis corrumpi-
tur Et ideo predicta puritate men-
tis conservanda isti sensus sunt
arctis constriccionibus reprimendi
viriliter Huius figuram precepit
moyses populo israhelitico ut pedes
suos ponerent super colla et cervi-
ces quinque regum quos ceperant In-
nuens per hoc quod quinque sensus in
multis proh dolor regule dominium
obtinentes sunt premis iudicium
et per voluntatis impium tamquam
duobus pedibus interioribus concul-
candi et viriliter restringendi
Secundum est fervens et devota oracio
quia illa sua virtute mentem sublimat
et sublimatam stabilit et depurat
et suo fervore omnem mentis
fluctuacionem desiccat propter quod
talis mens devota recte mons dicitur
quem sponsus libenter visitat et
in quo sponsam suam quodam famili-
ari colloquio interioris suavi-
tatis inebriat Iuxta illud Canti-
cis Vadam ad montem mirre et ibi loquar sponse
mee Tercium est passionis xpi intima
meditacio In omni temptacione impulsu
mens devota admodum columbe debet
ad xpm convolare et nidificare in
foraminibus petre id est in vulneribus xpi
profundissime scilicet meditando amaritu-
dinem sue passionis et debet residere
super rivos aquarum sue passionis ama-
ritudinem deplorando et interiorem
mentis puritatem devotissime contem-
plando in quibus rivis prudenter umbram
accipitris hoc est previdendo perambula-
cionem perverse cogitacionis Et statim in-
cipit talibus titillari fugere in petre
foramina id est in xpi vulnera subtra-
hendo se perverse cogitacioni per devotam
oracionem per passionis dominice fervidam
meditacionem et etiam corporis rigidam
castigacionem Sic enim aqua carnalis
scilicet delectacionis mutabitur in vinum
divine consolacionis et interioris
devocionis hoc est vinum quod letificat
deum et homines ut scribitur Iudicum
Quod vinum nobis meritis gloriose
virginis prestare dignetur eius filius bene-
dictus qui cum patre et spiritu sancto est unus
deus benedictus in secula seculorum Amen
Amen Amen Amen Amen Amen
explicit tractatus de decem pre-
ceptis laus sit deo patri laus sit
eius filio laus quoque sit spiritui sancto